

Compactata Inter Regnum Polonia et ducatum
Silesiae.

NOS FERDINANDVS. z. f. z. f.

NOS SIGISMUNDVS. z. f. Recognoscimus ac notum facimus Vni-
uersis et singulis presentibus et futuris Carum notitiam habituris. Quando-
quidem qui Christi locum in terris gerunt eos elaborare in hoc maxime de-
cet ut cuius locum obtinent eius Vestigijs incedant Nos memoria tenentes
quod non aliunde potestas nra sit quam ab eo a quo nomen ducimus cuius ap-
pellatione censi volumus DOMINO nro Jesu Cbro qui quos ipse nobis sub-
iecit populos eos loco suo regere nos voluit et gubernare huc omnes curas et
cogitationes nras conuertendas duximus ut quatenus id humantus prestari
potest adiuuante eo cuius id solius munere contingit quam proxime ad oi-
militudinem eius accederemus Per quem Reges regnant Principes imperant
et potentes decernunt iustitiam Quoniam vero non illi potentiam suam non
sapientiam sed eam solam qua societas hominum inter ipsos continetur Dile-
ctionem qua nos prior ipse prater meritum vllum nrum prosecutus est imita-
ri voluit ut sicut ipse dilexit nos ita vicissim et ipsi diligeremus inuicem ac
pacem Concordiam Tranquillitatemq; mutua inter nos conseruaremus neq; po-
test illi sacrificium vllum a mortalibus offerri gratius quam sit fraterna obo-
ritas inter vnius corporis membra Hanc illiq; dilectionem qui nobis tot Cui-
tates tot populos lingua moribus habitu inter se dissidentes tot tam late pa-
tentes Prouincias tot amplissima Regna subiecta esse voluit precipue pro vi-
tali nra imitandum esse duximus. Itaq; cum inter recolende memorie maio-
res nros iam inde a longissimo tempore certamen amoris benevolentiaq; mu-
tua susceptum fuisse cognouissemus. Cuius rei tanq; testes sunt pactorum
ac federum lrae qua inter nram Austriac et Jagiellanicam domum quaq; in-
ter vtriusq; domus Regna Imperia Prouincias populos et nationes nomi-
nam vero qua inter quondam Albertum Archiducem Austriac cum quori-
dam Casimiro Poloniae Rege et Procuum nrum Diuum Fridericum Im-
peratorum cum eodem Casimiro Rege intercesserunt Nos maiorum no-
strorum exemplo prouocati qui summam semper inter se necessitudinem
et amicitiam conseruare studuerunt atq; eam archis preterea affinita-
tis vinculis fortius colligabant quod ut dissolui facile posset ea nrimi-
rum pacta et federa qua inter prefatos nros maiores quondam Al-
bertum Fridericum et Casimirum constituta fuerunt Id quod foelix favi-
stium et fortunatum Deus esse vult vtriusq; morum ac vtriusq; trostris

Imperio Regni totius Ciuitatibus populis et Nationibus In Opt. Max. nomine
a quo tanquam fonte perenni manat quicquid bonarum est rerum inter nos quoque ad
vitam saltem nr̄am continuanda confirmanda instauranda et renouenda atque adeo
declaranda corroboranda et amplificanda duximus. Ita ut continuamus confirma-
mus instauramus renouamus declaramus corroboramus et amplificamus presentium
per Tenorem. Ac primum quidem sicut in his quondam Alberti Archiducis positi-
onem est. Nos omni honore fide et amore nos inuicem prosequi et promouere de-
bemus et volumus in locis omnibus et temporibus ubi nobis id faciendi se facultas
obtulerit. Vitro dolum et fraudem aliquam neque commitemus unquam ut alter alteri aut
familiaribus eius Vasallis et subditis quibuscumque regnis ducatibus terris et Cui-
tatibus ei subiectis et sub eius obedientia et defensione constitutis quacumque ex
causa bellum inferamus inimicitias denudemus diffidemus aut hostiliter eos
impetamus per nos aut per submissas personas fraude et dolo semotis. Ac non
modo ipsi ab eiusmodi rebus abstinemus. Verum etiam subditos nros et quicun-
que in fide potestatis nr̄e sunt eos prohibebimus ac ab omni vi modo superius
descripto temperare sibi cogemus. Habebunt etiam potestatem homines nr̄i cuius
cumque status et conditionis fuerint ex quibuscumque terris Dominijs Ciuitatibus
nr̄is et nr̄e obedientie subiectis agendi et conseruandi atque etiam inde libere
et secure cum illis visum fuerit discedendi. Deinde sicut etiam his diuini Fri-
derici cautum est ita nos inuicem vniuersos obligandos alligandos confederandos
duximus quemadmodum vniuersos obligamus promittimus alligamus confedera-
mus presentibus. Quod ex hoc ipso tempore perpetuo reat et in effectu inuicem
et mutuo obligati alligati et confederati sumus et erimus et inter nos liberos
heredes et subditos nros nec non regna principatus et dominia que nunc vter-
que nrorum possidet et que DEO concedente in futurum acquiramus ac posside-
bimus constantis perpetua indissolubilis et christiana pax esse et conseruari de-
bet et debet et in vobis vtriusque nrorum liberorum et heredum nrorum ho-
norem dignitatem statum augmentum concernentibus et concernere. Valenti-
bus mutuo nobis auxiliabimur conuelemus inuicem promouebimus et assistemus
nec alteruter nrorum quicquam faciet cupiet pertractabit aut molietur quod
contra alterutrum nrorum eius liberos heredes regna principatus dominia sub-
ditos honorem statum dignitatem aut augmentum sit seu esse aut tendere
possit. Neque nrum alter alteri ipsius liberi hereditibus regnis principatibus
dominijs et subditis bellum damnum aut quoduis aliud nocumentum inferet nec
a suis quouis quacumque colore inferri permittet sed quilibet nrum contra subditos su-
os qui huiusmodi faciunt aut facere et moliri vellent totis viribus suis et
potentia interitis et dominijs suis consurget et eos pro huiusmodi excessi-
bus poena condigna puniet et castigabit donec damnorum datorum integra
compensationem et refusionem faciant. Preterea nullus nrorum ad alteri-
us hereditaria Regna Principatus et Dominia aspirare aut anhelare de-
bet nec alterius nrum Regna Principatus Dominia et subditos si quos (quod De-
us auertat) ab alter nrum aut alterius nrorum liberis et hereditibus detra-

cere recedere aut rebellare contingeret contra alium liberos heredes Regna
 Principatus Domina et subditos suscipere tenere protegere iuuare assistere
 neq; consulere aut fauore prosequi debet neq; a suis talia fieri patiatur sal
 contra tales infideles et rebelles vnus alteri auxiliabitur et assistet atq; do
 minis suis eos excludet Si vero alter nostrum eius liberi heredes Re:
 gna Principatus aut subditi con alterum ipsius subditos Principatus aut
 Domina actionem realem seu personalem Civilem seu Criminalem aut qua
 lemuncq; querellam habet aut in posterum habuerit: Si super ea non pote
 rimus amicaliter concordare tum neq; ipse neq; subditi eius contra alterum
 ipsiusq; subditos Regna Principatus et Domina quicquam Via facti attentare
 neq; sibi ipsi ius dicere aut vlcisci sed super eo iure et non aliter experiri
 debet. Ceterum pro maiori supra scriptorum faderum declaratione proy
 tranquilliori subditorum nostrorum statu quiete et bonae Vicinitatis con
 seruatione et quo firmior inter nos Regna et subditos nros pax amicit
 tias et benevolentia perpetuo constare queat Vtq; omnes dissidioru cau
 sa quo ad eius fieri potest praesindantur Ordinamus statuimus decla
 ramus et volumus quod cum initio scriptum est: quod mutua nobis inuicem
 auxilia ferre debemus quo modo alter alteri auxilia ferre velimus id in
 arbitrio vtriusq; nostrum positum esse debere. Hoc tamen expresso ut
 liceat vtriq; nostrum ex terris et prouincijs alterius voluntarios milites
 ere suo conductos educere et arma in usum suum exportare Hactenus
 tamen milites educere liceat quatenus id scienti fiat altero nostrum bello suo pro
 prio contra hostes aliquos suos impeditus Hostibus vero ne id liceat neq; fauor vl
 lus praestetur qui alteri obopere possit Ita tamen ut ne dum iuxta praescripta
 maiorum nostrorum federa nullus nostrum alteri vel ipsius Regnis Principati
 bus Dominis et subditis bellum armatum aut quoduis incumentum inferre sed
 neq; alterius hostes aut rebelles fouere protegere seu eis assistere vel fauor
 rem consilium aut auxilium quouis modo prestare debeat. Etiam si tales eidem
 quocunq; consanguinitatis seu proximitatis vinculo iuncti fuerint. Itaq; Nos **SI
 GISMUNDVS AVGVSTVS REX:** Sigillatim nos obligamus et presen
 tium tenore promittimus quod si forte (quod absit) Illustris Nepos noster Re
 renissimi Joannis olim Vngarie Regis filius vel cui bellum aliquod con Re:
 Rom. Item de Regno Vngarie excitare mouereq; Vellent quod in eo casu omni
 preterus consilio et auxilio nostro destitutos esse vellemus. Quoniam vero Re: Rom.
 Et. Altas prefato Nepoti nro de his quae ei tanquam heredi bonorum paternorum
 seu ex pactis aliquibus legitimo Jure debentur satisfiduram se benigne promissit
 atq; eius rei Sacram fraternam Imperatoriam Altas et nos arbitros arbitratores et
 amicales compositores esse constituuit inter se et nepotem hunc nostrum: si per eum
 peterit: quominus causa hac amicali compositione transigi possit hoc est si quas
 condiciones aequas et accipendatis esse Vera Imp. Altas et nos iudicauerimus eis

Nepos noster accipere recusauerit Tunc non solum supra scripto sed ne hoc quidem ca:
su etiam nulla amabili compositione sequuta Nullum ei auxilium aut presidium fer:
re volumus nec debemus directe vel indirecte per nos vel alium seu alios quocumque
quasito colore vel preteatu **VOLVIMUS PRÆTEREA** vias et flumina pu:
blica nec non comertia et negotiationes mutuas per Regna et prouincias nostras
Omnibus et singulis Rerumcolis prouincialibus et subditis nris tam terra quam
aqua vtriusque libera esse nec ullis vngquam interditiis arrestationibus reffsaliarum
concessionibus impediri: Sed vtriusque nostrum subditos in alterius Regnis et domi:
nijs libero transitu ac fide publica (quem saluum condudum vocant) non minus
quam proprios cuiusque subditos gaudere vti et frui posse et gaudere Nec denique
cuiquam nostrum aut his qui nobis subditi sunt querelas et actiones suas si que
iam sunt vel futuris temporibus oboriantur aliter quam mediante iure prosequi li:
ceat Vt autem omnis vel protekata vel denegata iustitia querella tam inter nos
quam subditos nostros sine inde precaueatur Sed cuius expectum ius et iusticia
sumarie et de plano administrari eiusdemque debita exequutio effectuali obtineri
valeat Conuenimus et concordauimus quod si quis nrum vel vnius nostrum subdi:
ti contra alterius vnum vel plures priuatos subditos actiones siue personales siue
reales intentaret Tunc semper pars agens forum et iudicium ipsius rei sequi de:
beat Et quod in personalibus iniuriarum violentiarum super spoliatione seu simi:
libus iudex permissione subitarij iudicij citra dilationum et exceptionum admis:
sionem actori forensi de simplici et plano iusticie complementum facere In rea:
libus vero secundum vnius cuiusque ditionis consuetudinem ita procedere teneatur.
Vt quilibet citra dilationem iusticie executionem obtinere queat Id quod per
superioritates et Magistratus fideliter prouideri et dirigi par est Quod si alter
nostrum contra alterius prouinciam vel communitatem aliquam: vel vicissim pro:
uincia Communitas vel priuati subditi vnius nostrum contra alterum ex nobis
vel eius prouinciam seu communitatem priuatas actiones pretenderent tunc
causa huiusmodi coram alterius nostrum sub quo pars rea legit Consilia:
rijs seu Commissarijs per eundem iuxta partium conditionem et causarum exi:
gentiam non minus septem numero designandis sumarie audiri et vel amica:
biliter componi vel iure mediante determinari ac executioni demandari de:
beant Porro si inter nosmetipsos Reges seu forson Regna et prouincias nras
tum metarum et terminorum tum comertiorum seu quarumlibet aliarum tam ve:
terum quam nouarum causarum iurium vel obligationum occasione querelle
grauamina et controuersie suborirentur tunc alter nostrum qui vel cuius Re:
gnum seu prouincia ius vel querelam pretendit alium per nuncios vel lras
suas amabiliter informare ac pro tollendo sarciendo amouendoque grauamine
admonere et requirere debet. Quod si obtineri nequeat tunc quilibet nostrum sta:
tim intra duorum mensium spacium a facta amabili requisitione tres Con:
siliarios suos ad convenientem diem et locum per partem lesam seu querulan:
tem nominandum remota omni excusatione mittere debeat Qui vtriusque nostrum
Consiliarij sumam imprimis diligentiam adhibeant quo huiusmodi querelle gra:
uamina et controuersie inter nos Regna vel prouincias nostras amabili co:
positione transigantur Qua vero non succedente tunc lesa pars siue agens

89
96

coram predictis sex Consiliarijs actionem suam statim ipsa die Juridicè exhibendi po-
testatem habeat idq; duplicatis scripturis: quarum unam Consiliarij penes se retineat
aliam vero parti rea transmittant. Que facto pars rea responsum suum etiam scri-
ptis duplicatis sex predictis Consiliarijs vel ei cui ex illis hoc demandatum fuerit in-
tra spacium proximorum duorum mensium à transmissio actionis libello mittere
teneatur. Vt scilicet Actor Replikas Reus vero duplices duas ac præterea vtra-
q; pars tertiam quoq; conclusivam et submissivam scripturam de Bimestri in Bi-
mestre duplicatis ut præfertur scriptis offerre queat. De sane modo et ordine vtriusq;
parti transmittendis sicut de actionis libello demonstratum est Oblatis tandem suc-
cessive ab vtraq; parte duplicatis trinis scripturis in quibus vtriusq; omnia sua
iura explicabunt. Sed illi Consiliarij partibus ad promulgandam sententiã
intra proximum sequens bimestre dum ad eum locum ubi causa primo agi coe-
pit indigent quo loco et tempore partes per procuratores suos plena man-
dato sufficientes componere illisq; et ipsi Consiliarij convenire ac diligenter vifis
perspectis et discussis actis totius causæ partes rursus ad concordiam et a-
mirabilem compositionem invitare et coartari nihilq; in eo opere et diligentis
intermittere debeant. Quam si re tunc quidem inter partes obtinere queat
statim ad ferendam sententiã procedant ac id quod iuris et iustitiæ fuerit
cognoscant et decernant. Quod si supra scripti Consiliarij de ferenda sententiã
vel interlocutoria siue definitiva fuerit concordare non possent, tunc toties quoties
opus fuerit Arbitrum communi voce deligant vel per quamlibet Consiliariorum
partem duabus idoneis personis propositis ex eisdem sorte constituunt cuius
partes sint huic Consiliariorum opinioni quæ ei magis iuri et æquitati consona
videatur subscribere eandemq; laudare et approbare. Quicquid aut per ipsos Con-
siliarios nostros seu maiorem eorum partem separatim vel per eosdem et
Arbitrum coniunctim decretum et pronunciatum fuerit id ratum firmumq; ma-
neat ac statim debite demandetur executioni. Remota omni plane appella-
tione supplicatione reductione in integrum restitutione alijsq; iuris beneficijs et
remedijs etiam motu proprio concessis obtentis non obstantibus Debet aut
Consiliarij per nos pro tempore deputandi nec non et arbiter ipse per nos et
quantum ad quemlibet nostrum spectat ab obedientia et Juramenti debito ad
eam causam tantum absolvi ac pro administranda iustitiã novo consuetiq; Jura-
mento obstringi. Quod si pendente lite unus vel plures ex ipsis Consiliarijs
mortem obierint tunc in demortuorum locum prout ad quemlibet nostrum parti-
nebit alios semper surrogabimus. Ipsi quoq; Consiliarij non plures scripturas
admittant aut terminos: alio modo quam supra dictum est prorogandi aut ab-
rundi potestatem habeant. Sed forma et modo illis concessa procedant.
Excepto casu quo partes Testes producere nequeerint tunc ipsi Consilia-
rij Jurisdictionem suam prorogandi potestatem habeant tantisper donec testes
eius causæ confisi secundum Juris dispositionem legitime producti et auditi fue-
rint. Ita tamen ne vlla minus necessario prorogatio quærat vel admittatur.
Sed omnes testes ad unum diem et terminum quantum fieri potest audiantur.

Ne publicis attestacionibus non nisi vna scriptura in quolibet parte recipiatur. Proinde quo magis Regna principatus et Domina nra ab omni bellorum depraedationum latrociniorum hostilitatisq; periculo libera secura purgataq; esse queant. Conuentum inter nos est quod nullus nostrum alterius seu Regnorum prouincialium vel subditorum suorum diffidatores hostes homicidas raptores seu damnificatores nec non profugos siue rebelles subditos quicumq; in alterius nostrum Regnis et ditacionibus reperti denunciati vel per nosmetipsos aut officiales nostros peruenienti fuerint nequaquam amplius fouere et assecurare multominus nostro per subditos nostros vlllo hospitio auxilio siue receptatione quocumq; pretextu directe vel indirecte publice vel occulte recipere iuuare vel interuenire debeat. Sed vbiq; huiusmodi praedatores raptores diffidatores et damnificatores vbiq; in prefatis Regnis et ditacionibus nris deprehensi fuerint contra eos iussu nro et directione atq; accurata diligentia officialium vtroq; parti lesa ac deferenti iustitia immediate et irrecusabiliter permitti atq; administrari aut etiam citra partium requisitionem de his et communibus hostibus a Capitaneis ac Magistratibus vbiq; ex officio inquiri insequi et poenaler procedi debeat. Casu aut quo aliquis ex officialibus aut subditis nris propter receptationem assecurationem vel defensionem antedictorum diffidatorum aut omissionem antedictorum diffidatorum insecutionis captiuationis siue animaduersionis scienter controuerint. In tales vtroq; siue delati a parte altera siue alias verisimili suspicionem deprehensi forent. Capitali supplicio irremissibili debet animaduerti. Quod si alterutrum nostrum vnus vel plures incola vel subditi alteri nostrum seu Regnis et dominijs nris generaliter vel singularibus personis incolis et subditis priuatim hostilitatem denunciauerint. Tunc statim prefectus Capitaneus aut officialis illius loci siue districtus cui diffidatio indicta est generales prefectos Capitaneos regnorum et prouinciarum alterius nostrum sub quo tales diffidatores degunt ea de re certiores reddere ipsiq; exemplar diffidatoriarum literarum transmittere debeat. Quo accepto praedicti prefecti et Capitanei diffidatores pro publicis hostibus iudicare promulgare et publicare omnibusq; et singulis incolis cuiuscumq; ordinis et conditionis extiterint eorum consuetudinem interdixere et ne a quocumq; hospicio recipiantur aut consilio auxilio siue vlla re alia iuentur prohibere et cauere bonaq; diffidantium afflicere fisco et camera Regia ac prinde in hospites socios conscios et complices pari quoq; severitate animaduertere teneantur. Perorantia excusationis vniuersis penitus sublata. Quod si quis prius prefectus Capitaneus aut Magistratus in huiusmodi casibus subitam iustitiam administrare cunctaretur aut etiam alias ex officio inquisitione insecutione et animaduersione debita non procederet. Tales nra punitioni immediate obnoxij et rei esse debeant. Vt aut praecipuus diffidationum et praedationum fomes quo cuiusmodi latrocinia in primis aluntur e medio tollatur coarceaturq; licentia et impunitas receptandi hostes praedones et diffidatores. Verio inter nos conuenit et omnes promotores detentores receptatores Complices dictorum facinorosorum hominum qui vel notorietate facti vel ex veraci denunciatione spoliatorum aut ex fuga captiuorum (modo tales captiui vel spoliati bonae fidei et integre fame sint) siue alijs tam manifestis indicijs ut vltiori probatione res non egeat conuincti vel deprehensi forent. Idem citra alteriorem purgandi sui admissionem spoliatis et damnis passis ad restitutionem et satisfactionem probabitur. damnorum ac bonis suis veniantur aut si solvendo no

90
99

sint secundum qualiter delicti corpore tuant. Quod si tales etiam patribus criminis confessorum vel complices essent, et ad illata damna eademque evidentem causam scienter prebuerint, idem non tam parvi ad restitutionem damnorum, ut iam promissum est teneantur quam etiam superioritatis sue cognitioni ad sumendum de eis pro modo delicti supplicium extra evasionem subiacent. Si vero aliqui receptatores aut complices non omnino manifestis indicijs nec a perceptorum confessionibus sed alias delati et de tali facinore suspecti potius quam evidenti. Contra tales tam ex delatione damnificatorum ut alterius superioritatis Officialium quam ex officio per Capitaneos aut Magistratus eius Regni aut ditionis in qua fuerint hac tamen conditione differentia siue moderatione debet procedi. Ut si fuerint Nobiles aut possessionati Cives antea in talibus non infamati neque illis prioribus confessat suspecti Tales in casu negationis sese proprio eorum iuramento coram supremo eius ditionis Magistratu publice de huiusmodi infamatione exonerare et purgare queant. Sin vero idem anterioribus infamati aut confessatorum preiudicijs notati et semimanifesti forent: Ita tamen ut huiusmodi Confessata non omnimode certum facti indicium prebere possent: tales etiam ad purificationem sui medio iuramento met tertiam manu integra fama possessionatorum Vicinorum admitti aut si in utroque casu in purificatione fecerint debita Capitaneis animadversioni subijci et subiacere debent. Quod si quis ex Regno et Provinciis nostris ausu temerario contra Jus et equitatem ac publica mutaque Regnorum nostrorum fœdera in alterius Regna vel ditionem excursionem et irruptionem faceret atque ibi mercatores et Doctores depredaret aut detineret homines occideret vel abduceret pecora abigeret incendio seuiret aut alio quovis modo damnum et iniuriam inferret et patris nefario scelere rursus se domum vel cum preda securus vel fugiens in sequentium manus in Hospitia consueta et solita diverticula reciperet: tunc in eo Regno prefecti illius territorij vel districtus et omnes incolæ totaque Vicinitas mox ut a damnificatis et iniuratis seu quibusvis alijs hostem prædonem et communem fœderum Violatorem in sequentibus comonefacti evocatis extiterint debeant læsis ferre opem ad sese in armis fortiter et graviter insequi et inquirere noxios et turbatores pacis publicæ et tranquillitatis. Quod si sui tuendi causa in aliqua Castra aut fortalitia aut loca abditata seu natura munita profugerint: acius et diligentius insistere et ipsos et eorum Hospites socios conscios complicesque obsidere oppugnare et ita omnes ad ditionem Urgere ad debitum supplicium trahere et ad restitutionem recompensationemque damnorum illatorum cogere teneantur. Si qui autem negligentiores et remissiores in ferendo offensis auxilio et in persequendo hostes et damnificatores sese exhibuerint si sciant se indignationem nostram et severam animadversionem irremissibiliter incururos esse. Si vero contingeret aut per subordinationem superiorit aut aliqui aut per damnificatos aut diffidatos contra promissos damnificatores diffidatos malefactores receptatores aut complices captivandos: siue etiam iam tum captos et convictos in alterius Regni aut ditionem pro imploratione iustitiæ mitti: idem imploratores non solum ad executionem iustitiæ ratione delicti cum omnibus in tali fœdo necessarijs admitti et provideri: Verum etiam tam in loco administratione iustitiæ quam in reditu ad propria omnimode tuti atque assecurati esse debeant. Casu etiam quo in alterutro nostro Regno aut ditione aliquis ex nobilibus vel alius zelo honestatis et studio suppressorum publicorum malefactorum aut iussu Magistratus sui aut motu proprio quovismodi